

FEDRO
(Fábulas)

Lupus et agnus

Ad rivum eundem lupus et agnus venerant
siti compulsi; superior⁸² stabat lupus
longeque⁸³ inferior agnus. Tunc fauce improba
latro incitatus iurgii causam intulit.
«Quare», inquit, «turbulentam⁸⁴ fecisti mihi
aquam bibenti⁸⁵?» Laniger contra timens:
«Qui⁸⁶ possum, quaeso, facere quod⁸⁷ quaeris, lupe?
A te decurrit ad meos haustus liquor».
Repulsus ille veritatis viribus⁸⁸:
« Ante hos sex menses male⁸⁹ », ait, «dixisti mihi».
Respondit agnus: «Equidem natus non eram⁹⁰».
«Pater, hercle, tuus», ille inquit, «male dixit mihi»;
atque ita correptum⁹¹ lacerat, iniusta nece.
Haec propter illos scripta est homines fabula
Qui fictis causis innocentes opprimunt.

Corvus et vulpes

Qui⁹² se laudari gaudet verbis subdolis
fere⁹³ dat poenas turpi paenitentia.
Cum⁹⁴ de fenestra corvus raptum caseum
comesse⁹⁵ vellet celsa residens arbore,
vulpes ut vidit, blande sic coepit loqui:
«O qui⁹⁶ tuarum, corve, pennarum est nitor!
Quantum decorem corpore et vultu geris!
Si vocem haberes, nulla prior ales foret⁹⁷».
At ille stultus dum vult vocem ostendere,
emisit ore caseum, quem celeriter
dolosa vulpes avidis rapuit dentibus.
Tunc demum ingemuit corvi deceptus stupor⁹⁸.

De vulpe et uva

-
- ⁸² **Superior**, complemento predicativo, *en la parte de arriba*.
⁸³ **Longe inferior**, complemento predicativo, *bastante más abajo*.
⁸⁴ **Facere aquam turbulentam**, *enturbiar el agua*.
⁸⁵ **Bibenti**, partic. de pres. de **bibo**. Relaciónese con **mihi**.
⁸⁶ **Qui...**, adv. interrog., *¿cómo...?*
⁸⁷ **Quod**. Ver Sint. núm. 6, c), pág. 105.
⁸⁸ **Viribus**, de **vis**.
⁸⁹ **Male dicere alicui**, *insultar a alguien*.
⁹⁰ **Eram**, únase a **natus**.
⁹¹ **Correptum**, partic. de pret. de **corripio**; concierta con **agnus**, sobreentendido.
⁹² **Qui**. Ver Sint. núm. 6, d), pág. 105.
⁹³ **Fere**, adv., *casi siempre*.
⁹⁴ **Cum**. Ver Sint. pág. 109. → Ordenac.: **Cum corvus vellet comesse caseum raptum de fenestra residens arbore celsa...**
⁹⁵ **Comesse** = infinitivo de presente de **comedo**, *comer*.
⁹⁶ **Qui**, *cuál/cuán grande*.
⁹⁷ **Foret** = **esset**.
⁹⁸ **Corvi stupor** = **corvus stupidus**.